



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Germanica

Châteillon, Sébastien

[S.I.], 1558

Cap. IIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54866](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-54866)

T H E O L O G I A

nihil ego conferre scio, aut valeo, nisi ut tantum patiar, ita ut Deus solus faciat, atque agat, paciente me, suum opus, atque voluntatem. Et quia ego hoc pati nolo, sed meum ego, & mihi, & me, habere volo, impedit hoc Deū, quo minus solus sine impedimento possit agere: ita fit, ut meus causus meaque auersio maneat incorrecta. Atque hæc omnia facit mea arrogatio.

C A P . I I I I .

*Bonūom
ne solius
Dei est.
Esa 42 b
1. Tt. 1. d.* **D**Icit Deus: honorē meum nulli dabo, quod perinde est, ac si diceret, honorem, & gloriam nemini deberi, nisi soli Deo. Igitur si quid ego mihi boni arrogo, ita ut ego sim, possim, sciam, aut faciam, aut, ut id meum, aut à me sit, aut mihi, debeatur, & similia arrogo mihi, etiam aliquam gloriationem, & honorem, & bis malè facio. Primum labor, & me auerto, ut antè dictum est: deinde Deum honore suo priuo, idque mihi attribuo, quod Dei solius est. Nam quicquid bonū nominari debet, id nullius est, nisi unius ēterni veri, & boni, qui Deus est: & qui id sibi arrogat, is iniuste cōtraquod Deū facit,

C A-